

ogatur ad hominem, quia licet in locis citatis possit concedi esse verum, tamen alibi in locis citandis expressè dicit ad mentem propriam: & maxime 3. *dist. 11. q. 1. A.* ubi Scotus expressè dicit Angelos, animam rationalem, gratiam, & cetera hujusmodi creati, quia de nihilo producuntur. *Et 2. dist. 37. q. 1. A.* ubi ait gratiam esse à solo Deo per creationem, & quando destruitur annihilari. *Et 4. dist. 1. q. 1. PP.* ubi asserit gratiam non corruptam in nobis, sed annihilari. *Et 4. dist. 1. q. 3.* ubi in corpore questionis non arguendo ad hominem, sed ex propria sententia dicit gratiam creati, Et denique 3. *dist. 16. q. 2. B.* ubi rursus habet, quod gratia non destruitur, nisi annihiletur, Quoniam verò ad primam auctoritatem ex adductis *loc. cit.* respondi, quod Scotus sic loquitur, ne recederet à communi modo loquendi Scripturam, & Patrum, qui dicunt gratiam in nobis à Deo creati, vel concreari, quæ tamen auctoritates possent explicari, ut D. Thomas exponit 1. 2. *q. 10. art. 3. ad 3.* quod gratia dicitur creati ex eo, quod homines secundum ipsam creantur, id est in novo esse constituntur, ex nihilo, id est non ex merito, ita quod sensus Scripturam, & Patrum sit gratiam creati, & de nihilo produci secundum esse morale illius.

Hanc responsionem, & declarationem ibi rejicit, ut omnino Scoto contrariam *loc. cit. 3. dist. 11. q. 1. A.* nam ibi Scotus ponit multas creaturas acceptiones, & loquendo de creatione stricto modo accepta, quæ negat omnem causalitatem secundam, etiam causalitatem materię, dicit quod hoc modo Angelus, anima intellectiva, & gratia, & quædam hujusmodi hoc modo creantur: ergo non loquitur de creatione secundum esse morale, sed secundum esse simpliciter reale; Tum quia si Scotus acciperet creationem pro productione de nihilo secundum esse morale, opus esset dicere, quod Angelus, & anima intellectiva producentur de nihilo quoad esse morale, quod est ridiculum. Deinde arguit hæc unica ratione, Supernaturale à nulla causa naturali potest attingi: sed gratia, & habitus infusi sunt supernaturales: ergo non possunt ab aliqua causa naturali attingi: ergo non possunt de potentia subiecti educi: minor patet, major probatur, quia quod est supra naturam non potest à naturali causa attingi, sed supernaturale est hujusmodi: ergo non potest à naturali causa attingi, aliter non esset supernaturale. Quoniam verò rursus ibi *76. respondi* negando majorem, quia supernaturalitas non impedit educationem habituum supernaturalium ex subiectis, nam visio, & fructus iunctus supernaturales, & tamen de potentia subiecti educuntur. Replicat hanc responsionem arguendo non satisfacere, quia actus visionis, & fructus non sunt mere supernaturales, sed tantum dicuntur supernaturales ratione habitus supernaturalis concurrentis ad eorum productionem, scilicet ratione luminis glorie in visione, & gratie in fruitione ex Scoto 1. *dist. 17. q. 2. P. P.* gratia verò est mere supernaturalis: aliud arguendum videtur e. 2. de quo infra *q. 5. n. 173.*

Respondendo *loc. cit. dist. 13. Phys. q. 5. art. 2. n. 74.* me quidem asseruisse probabile esse non solum actus supernaturales, sed etiam habitus educi de potentia sui subiecti, nunquam tamen dixi id esse magis probabile etiam in vi Scoti, ut mihi mala fide in argumento imponitur, imò cum ibi fatear Scotum inclinasse in oppositum partem, ut etiam refert arguens, quæ cõsequencia dicere potuissent, id esse magis probabile etiam in via Scoti, cum unum ex his dicitur dicit aliud destrui: Ex quo confirmatur quod dicebam in epist. cit. ad lectorem, dicitur populum, qui sub proprio nomine excepta quædam philosophica P. Vacarii intrulavit, nonnulla ex proprio peno additis frivola penitus, & luæca, de quorum numero dubio procul est hæc ridicula impostura. Deinde si ingenue fassus fuisset in eodem propositio dixi contra Poncium, *dist. 2. Met. q. 9. n. 192.* & alium quendam Scotistam *lib. 1. sent. dist. 6. q. 2. n. 81.* opus, non fuisse, ut arguens addi insudaret in aggerandis, & exaggerandis Scoti testimonio pro parte opposita, cum totum ulatio conceissem, addens Doctorem in his locis loqui ex suppositione communioris sententiæ tunc temporis, & in quibusdam expressè loqui conditionatè, vel ad hominem, & ad concessis ab Adversariò, etiam in his, ubi à Scotistis, & ab arguente pretenditur Doctorem esse absolutè, & non conditionatè locutum, quemadmodum contra Vulpem ostendi ad initio hujus questionis *num. 43.* Dixi etiam Scotum illis in locis ita loqui, ne recederet à communi modo loquendi Scripturam, & Patrum dicentium gratiam in nobis à Deo creati, vel concreari, quæ PP. & Scripturam testimonio dixi intelligi posse in sensu morali juxta explicationem D. Thomæ *loc. cit.* Quod autem replicat arguens hanc expositionem non facere pro Scotistis ad

deklarandam Scoti doctrinam allatam 3. *dist. 11. quest. 1. A.* imò esse illi omnino contrariam, id est proliis frivolum, & inane, ostendit quæ arguendo non percepisse meam responsionem ab ipso relatum, etiam si clarum, & patenter; non enim in ea dixi juxta eam expositionem, quod gratia in nobis creetur, & ex nihilo producat secundum esse morale, id est non ex merito, intelligendam, & explicandam esse illam Scoti auctoritatem; Sed dixi conceptis verbis, & orotundò sic explicari posse auctoritates Scripturam, & Patrum, cum ajunt gratiam in nobis à Deo creati, & concreari, aliud autem est loqui de Scoti auctoritate, aliud verò de auctoritate Patrum, & Scripturam, quare ut eam responsionem rite everteret, ostendere debet eam expositionem repugnare modo loquendi Patrum, & Scripturam, non autem Scoti *loc. cit.*

Ratio tandem unica, quam ut Achilles adducit, nullius proliis momenti est, utpote quæ procedit ex ignorantia conceptus entis supernaturalis, non enim absolute loquendo est de ratione entis supernaturalis etiam secundum substantiam, quod dicitur mere supernaturale, quod sit à solo Deo, ut dixi *dist. 11. q. 2. de visione beata quest. 2. numer. 76. ac 89. in fine;* sed quod excedat vires nature, ac ejus exigentiam, sive à solo Deo fiat, sive etiam partialiter ab agente creato cum speciali concursu Dei, ac aliis indebito, & in hoc præcipue consistit ratio supernaturalitatis secundum substantiam, non autem in eo, quod fiat à solo Deo; Tum quia nonnulla à solo Deo sunt, quæ tamen entia supernaturalia non dicuntur, eò quia non sunt supra exigentiam nature, ut consistat de anima rationali, Cælorum qualitatis secundum Scotum 2. *dist. 3. quest. 11. C.* ac etiam species Angelicis infusi; Tum quia si supernaturale est illud, quod à nulla causa naturali potest attingi, ut assumitur in majori, ac ejus probatione, tunc necesse est, nec fructus essent actus supernaturales, aut nullò pacto partialiter procederet ab intellectu, & voluntate creata, sed totaliter à Deo. Neque valet responsio, quod actus hujusmodi non sunt mere supernaturales, nam nihil magis supernaturale dicit potest intrinsecerentium creatorum, quam quod est supernaturale secundum substantiam, atque actus visionis, & fructus sunt actus supernaturales non tantum quoad modum, sed etiam quoad substantiam, ut latè ostendi *dist. 6. de visione beata quest. 2.*

Cum verò subdit actus hujusmodi dicit tantum supernaturales ratione habitus supernaturalis concurrentis ad eorum productionem, scilicet ratione luminis glorie in visione, & gratie in fruitione ex Scoto 1. *dist. 17. quest. 2. P. P.* Hoc rursus mala fide refertur, nam ibi Doctor ad 3. duas asserit solutiones, & in prima dicit, quod actus potest dici supernaturalis ratione forme, sive habitus concurrentis ad eius productionem, non autem dicit quod tantum sit supernaturalis ratione habitus supernaturalis ad ejus productionem concurrentis, ut refert arguens volens nos decipere; neque hoc cum veritate dicere poterat, quia in eius sententiâ negato quocumque habitu supernaturali in intellectu beato salvatur adhuc supernaturalitas visionis secundum substantiam, ut ostendi de mente ipsius *dist. 11. q. 6.* tum de potentia ordinaria, & de facto *q. 3. art. 2.* tum de potentia absoluta *quest. 5.* Deinde in secunda solutione negat actum visionis, vel fruitionis esse propriè supernaturalem ratione habitus supernaturalis ad eius productionem concurrentis, quia etià habitus præsuppositus sit à causa supernaturali immediate, tamen ille positus in esse est causa naturalis respectu sui actus, & ideo actus qui producat, per talem habitum non est propriè supernaturalis, quod rursus repetit 3. *dist. 14. quest. 1. C. respondendo ad 2. q. 2.* (quæ tamen loca quomodo sint intelligenda iam expendi *dist. 6. sent. q. 3. art. 1.* liquid ergo bilaterat arguens in sententiâ Scoti actus visionis, & fruitionis esse supernaturales tantum ratione habitus supernaturalis ad eorum productionem concurrentis; ob quam verius possum ego Scotistis dicere ipsum legentibus quod ille de me ridiculè dixit *dist. 8. concl. 4. s. 1.* proiciens ampullas, & seliqupe dalia verba, *Legite Scotista, Scotum, & videtis, quam sit eius doctrina adultera,* quæ rursus sunt de numero ludicrorum Scriptis P. Vacarii ex proprio peno adductorum.

Septimò tandem aliqui Theologi indè probant gratiam 69 creati, & non educi de potentia anime, quia abiterantur contrariam opinionem favere Semipelagianis contentendibus gratiam esse aliquo modo ex nobis. Resp. nostram sententiam nihil proliis habere commune cum Pelagianis, vel Semipelagianis, nunquam enim Catholicis de hoc puncto disputatum cum illis, an gratia creetur, vel educatur de potentia anime; sed solum an esset ex solis nature viribus opus bonum,

bonum, quod est aliquo modo dispositio, aut causa, aut meritum gratiæ. Hinc scitè dixi Vauquez *dist. 174. c. 3.* frustra formidat Scholasticos antiquos concedere gratiam, & alia dona supernaturalia educi de potentia anime arbitrautes se cum Pelagio consenturos, si aliud esset; cum sanè contra Pelagium Ecclesiæ solum doceat ex propriis viribus nostræ voluntatis sine gratiæ adiutorio non posse hominem servare legem, vincere tentationes justificari, perseverare, & mereri regnum Cælorum; contra Semipelagianos verò non posse nos ex nostris viribus sine auxilio gratiæ initia aliqua Deo præbere nostræ justificationis. Itaque ex hæcenus dictis mihi satis liquidò constare videtur, quomodo nostra opinio absque ullo scrupulo sustineri possit, nam quantum spectat ad rationem, patet meliores rationes non habere, quam habeat opposita, pro quo nullam extat rationem urgentem ingenue fateatur Poncius *loc. cit.* & sanè nos dubito, quod quicumque attentè consideraverit naturam formæ accidentalitatis, ut sic, & quid sit formam educi de potentia materie, statim pro nostra sententiâ calculum dabit; & quod quicumque oppositum tenent, in eam abierit ex insufficienti reflectione supra naturam formæ accidentalitatis, & educationis formam.

Quantum verò spectat ad auctoritatem, si loquamur de auctoritate Scripturæ & SS. Patrum constat ex dictis *n. 44.* in quo sensu dixerint gratiam creati; si verò de auctoritate antiquorum Scholasticorum, constat non omnes fuisse illius opinionis, & qui dixerint gratiam creatam, fuisse locutos juxta sensum Scripturam, & SS. Patrum; Si tandem de Scoti auctoritate sit sermo, constat in locis præcipuis, ubi de hoc puncto loquitur ex instituto, loqui dubitatè, & ex suppositione alterius opinionis, quæ tunc temporis videbatur communior; & in 2. *dist. 7. q. 1.* H. d. dicit, quod gratia non potest esse nisi à solo Deo creata, clarum est ex ipso contextu, quod ibi excludere intendit concursum voluntatis ad gratiæ productionem per modum cause efficientis, non autem per modum cause materialis; & denique d. 2. *dist. 37. q. 1. A.* ait gratiam esse à solo Deo per creationem, & 3. *dist. 11. q. 1. S. qui ista opinio,* Angelum, & animam intellectivam, & gratiam creati, & ubique quæ sic loquitur, semper loquitur ex suppositione alterius opinionis, quæ saltem in modo loquendi conformior videbatur Scripturis, & Patribus, quorum sensus jam supra satis est explicatus.

QUESTIO TERTIA.

De concursu naturali Dei cum causis secundis.

Quomodo Deus concurrat cum causis secundis, an scilicet eas prædeterminando, vel tantum in effectibus earum influendo.

70 **Q**uestio hæc inter omnes celeberrima unum supponit, & aliud querit; supponit Deum non solum mediè, & remouè esse principium omnium operationum, & effectuum, qui à causis creatis fiunt, quatenus nempe ipse Deus causas creatas cum suis virtutibus condidit, & conservat, ut dicebat Durandus 2. *dist. 1. q. 5.* & *dist. 37. q. 1.* sed etiam mediè, & proximè simul cum omni causa secunda concurrere, & cooperari ad omnem effectum, & operationem à quacumque causa creata exercitam, ut ex instituto probatum est *dist. 7. Ph. 6. art. 1.* Querit autem de modo, quo Deus in tempore præter huiusmodi concursum, nunc scilicet præbendo, & exhibendo concursum (suum in eas pariter influit præmovendo, & prædeterminando eas physice ad talem actionem, & effectum, an potius in effectum tantum influit nihil ponendo antecedenter in causa; Sed propter affinitatem, quam habet hæc questio cum dispositione theologica de gratiæ prædeterminatione, de qua tractate etiam indie, & de decretis apostolicis verum est, ut eius obtemperemus, sicuti patet hæc questionem mere philosophicè examinabo, & quoad actus, ac effectus metè naturales, in qua adua controversia tres extant sententiæ, duæ quidem extremae; altera Thomistarum, & altera Scotistarum, nempe Patrum Societatis, tertia verò mediæ Scotistarum.

71 Prima sententiâ extrema est Thomistarum, qui ad salvandam essentialè subordinationem causæ secundæ ad primam asserunt necessariam esse divinum influxum, nedum in effectum causæ secundæ, sed etiam in ipsam causam, ut dicitur movere mota, & determinatâ à Deo, quem influxum in causam ponunt prævium ad effectum prioritate nature, ita quod pertineat ad causam in actu primo, & spectet ad complementum eius, sive per modum qualitatis transeuntis in

Mela In Secunda-Sententiâ.

causa receptæ; priusquam exeat in actum, sive per modum cuiusdam motionis virtuosæ, & efficacis physice, in est videtur apud Alvarez *lib. 3. de auxiliis dist. 19.* Nugnum 3. *part. q. 62. art. 5. dist. 1.* Ripam *part. 1. q. 2. 19. art. 8.* Ledem *lib. 1. de auxiliis q. 1. univ. art. 2.* Carat. *op. de concursu cause primæ cum secundis dist. 22.* Nazarium *part. 1. q. 22. art. 4. controu. 1.* Complut. *dist. 11. Phys.* quæ dicunt esse communem apud veteres Philoosophos, ac inter Thomistas tam antiquos, quam recentiores; Alii verò eandem tenentes opinionem influxum prævium in causam explicant per modum cuiusdam motionis virtuosæ, & efficacis, non quidem physice, sed moraliter eo modo, quo brachium, & manus ad nutum nostræ voluntatis movetur non ob aliquid causatum in ipsis à voluntate, sed propter subordinationem, & naturalem simplicitatem illorum ad voluntatem, & in hoc sensu explicatam legitur ex nostris hæc opinionem Fuentes 2. *Phys. qu. 5. dist. 3. art. 3.* dicens moraliter tantum ex vi subordinationis essentialis causam secundam à prima præmoveri, & prædeterminari, non autem physice.

72 Secunda sententiâ extrema asserit, causam primam, dum concurrat cum causis secundis, non imprimere aliquid, quod antecederet ad actionem recipiatur in causa secunda, tanquam ratio complens, & perficiens causam secundam in actu primo, & hoc univèrsaliter tam in causis naturalibus, quam liberis; sed solum influere in effectum earundem causarum, itaque effectus idem numero cadem omnino actione proveniat partialiter à causa secunda, & simul à prima, & causa secunda tripliciter à prima dependeat; primo in effectu, secundo in conservando, tertio in cooperando per immediatum simultaneum concursum, nec alios frustra multiplicandus est concursus prævius in causam: Ita Neutrales passim scilicet PP. Societatis Molina in sua Concordiâ *q. 1. art. 13. dist. 26. Et 27.* Fonseca 2. *metaph. c. 2. quæst. 3.* Suarez in *Metaph. dist. 22. sect. 2. lib. 1. de auxiliis ac. 6.* bulque ad 12. Rovius in *Phys. de causa efficiente quest. 8.* Ovuid. *contr. 10.* Phys. *q. 3.* Ariag. *dist. 10.* Phys. *sect. 1. sub. sec. 3.* Moritanus *dist. 3. Phys. q. 1. Salas par. 2. tract. 5. sect. 6.* & alii Recentiores passim eisdem Scholæ libertæ; quam sententiâ, ut Scoti germanam, ac genuinam amplexi sunt Scotistæ Faber, 1. *sent. dist. 57.* Schemma 2. *Phys. digress. 10. q. 3.* Poncius *dist. 38. Phys. q. 5.* & alii antiquiores, & Faber præteritum *dist. cit. c. 3.* deducit eam ex pluribus locis, nam *q. dist. 1. q. 1.* ad ultimum principale, ait: *hoc patet, quod cause primæ in causam secundam, quando simul agunt non est influentia nova, quæ sit creatio alicuius inherenti cause secundæ, sed influentia ibi est determinatus ordo causarum in agendo effectum communem, & q. dist. 13. q. 1. art. 3. CC. non credo semper causam secundam recipere motionem specialem à prima causa, sed tantum habere subordinationem aliquam formæ sive activæ ad formam activam alterius, per quam subordinationem causa prior exerceat in actu in suo ordine, secunda natæ est exire in actu in suo ordine, & sic secunda dicitur movere mota, non quia recipiat motionem à primâ, per quam moveat, sed quia in motione sua dependet ab alia prius naturaliter actu movens, & q. dist. 43. q. 3. S. ortia opinio, ubi habet, ergo influentia cause superioris respectu inferioris non est aliquid receptum in causa inferiori, unde est tantummodo ordo ejus in causando ad causam superiorem; addit etiam alia loca Schemma cit. nam *q. dist. 12. q. 3.* A. inquit, influentia, quam recipit agens inferius à superiori non est aliqua formativa causæ, sed est tantum ordo determinatus causarum in simul causando, & 2. *dist. 9. S. causa efficiens non agit virtute alterius, quæ habet formam activam quæ recipiat actionem, vel formam ad actionem, sed quia superior principalis agit, quâ inferior; ille tamen ultimus locus non facit ad rem, quia ibi non loquitur Doctor de causa prima, & secunda, sed de pluribus causis secundis, quarum una est principialis, & alia minus principalis in ordine ad eundem effectum, ut constat ex ipso contextu.**

73 Tertia tandem sententiâ media asserit, concursum Dei non esse per modum principii in causis secundis exercitantis, applicantis, vel antecedentem illas determinantis in actu primo ad agendum; vel præcise per modum concause simul necessariæ requiritæ ad effectum communem prædictorum causarum; addit tamen Deum, quatenus cum causis secundis in fluxu immediatè, ac directè in earum effectus, ex consequenti tantum, ac mediè in causis influere; adeo ut non ponit influxum tantummodo in communem effectum, sed etiam in causam contra secundam opinionem: hunc tamen influxum ad causam secundam non ponit prævium ad effectum, & spectantem ad actum primum, ut prima asserent ob opinio, sed simultaneum, sed concomitantem effectum, & pertinentem ad actum secundum, quam opinionem sic explicatam, tanquam

B 4 Scoti

Scoti determinationem tradidit olim in manuscriptis doctissimus P. Joseph Neapolis ad Drepano in sua Concordia diff. 2. art. 7. ac Postea P. Vulpes eius discipulus typis tradidit ex integro, ut jacer apud illum, que sententia de concursu Dei in tempore cum causis secundis concomitantibus, & simultaneo etiam in causas, correspondet sententiae de decreto eterno concomitantium Dei respectu nostrarum actionum, quam tradidit in 1. sent. disp. 3. q. 3. art. 8. tanquam Scotigeninam esse eodem Autore; & hanc tueri debent omnes Scotiste, si iuxta eius principia discutere voluerit de subiecto actionis, quam Scotus ponit in agente in 4. diff. 13. q. 1. ut determinatum est disp. 8. Ph. 9. 3. art. 2. neque citati pro secunda sententia ab ista tertia sunt alieni, imò eam profiterentur, licet non ita clarè se explicent, ut infra patebit n. 90.

ARTICULUS PRIMUS.

Reiciitur Opinio Thomistarum.

74 Pro decisione quaerit nonnulla sunt praecipienda de concursu Dei cum causis secundis de mente Doctoris, & in primis duplicem esse Dei concursum, scilicet paratum, & exhibitum; paratum spectat ad actum primum, & est decretum Dei, quod determinavit assistere omnibus causis secundis iuxta earum naturam, & proprium agendi modum; exhibitus verò est ipse actualis influxus, quo Deus simul cum causis secundis immediatè effectum attingit, ut Scotus docet 2. diff. 37. V. qui concursus exhibitus adhuc sumi potest dupliciter fundamentaliter, scilicet & formaliter: primo modo est absolutum illud, quod ponitur in Deo principium efficiendi ad extra nimirum ipsum velle divinum, vel divina voluntas, quatenus est sub velle secundo modo dicitur a parte rei realem terminationem essentiali dependenti effectus creati, & per opus intellectus dicitur relationem rationis activam quam nos in Deo fingimus ex tali terminatione ex Scoto 3. diff. 8. q. 2. H. Ex quo sequitur concursum causae primae esse realiter distinctum à concursu causae secundae, sive fundamenti aliter sumatur, & sive formaliter, & saltem esse, quod communiter dicitur causam primam, & secundam eadem actione effectum ponere, ut noster ostendit Suarez disp. 22. cit. scilicet 2. n. 2. nam si fundamentaliter sumatur est ipsa divina voluntas penitus diversa à concursu creaturae si formaliter spectetur, adhuc est realiter diversus, quia sicut est alia dependentia, quam habet effectus ad causam primam ab ea, quam habet ad secundam, quia illa est essentialis simpliciter, haec non, cum sine causa secunda fieri possit: sic etiam erit alia, & alia terminatio ex parte utriusque causae.

Accedit influxum causae primae esse solo simpliciter sufficientem ad ponendum rem totalem, & partialem solum secundum modum ex dictis disp. 2. Ph. 9. 3. art. 3. & disp. 3. q. 4. art. 2. quod amplius explicio, & defendo contra Ponticum in Appendice ad objectiones eius apologeticas, quae habetur ad finem Tomi de generatione denuò recusa n. 68. & inde, ac denique esse simpliciter independentem ab influxu secundae. Contra verò influxum secundae causae est simpliciter insufficientis se solo ad ponendum effectum, est partialis secundum rem, est denique simpliciter dependens ab influxu primae; ergo diversitè prioris est actio prima, & secundae causae, licet tendant in eundem effectum. Nec sufficit dicere esse eandem actionem, diverso tamen modo procedentem à causa prima & secunda. Quia opposita praedicata actionibus causae primae, & secundae convenientia planè inter eas inferunt maiorem distinctionem earum secundum seipsas, & non tantum in modo, quo procedunt à causis. Hinc denum sequitur divinum influxum formaliter sumptum esse utique etiam formaliter multiplicem juxta multiplicatè effectum, actiones enim distinguuntur per terminos; unde concursus, quem tribuit igni ad generandum ignem, specie ab eo distinctus est, quem tribuit equo ad generandum equum; & concursus, quem praestat huic igni ad generandum hunc ignem, diversus est numero ab eo, quem praestat alteri igni; Materialiter verò sumptus divinus influxus est formaliter unus, quo cum omnibus causis concurrat ad eorum effectum, nam divina voluntas est unus actus simplicissimus; potest tamen adhuc & debet dici virtualiter multiplex; quatenus voluntas suo suam insinuatè multis, & multis aequivaler actionibus, & numero, & specie diversis, his praebatis pro aliqui notitia divini influxus.

75 Dico Primo, causas secundas non debere praemoveri à Deo per qualitatem ullam physicam ad actum primum, quod est eandem distinctam à suis qualitatibus conaturalibus, ut suos effectus

producant praeterim ordinis naturalis de quibus in praesenti est sermo; ita ut ignis verbi gratia cum suo calore (stoppa applicatus, & remois impedimentis, possit cum concursu Dei actualiter exhibito comburere, ac calefacere, abique eo quod Deus in eo instanti, quo applicatur, & quo comburit, ipsum praemoveat per ullam qualitatem à calore distinctam, & res quae ei conaturalibus, & eadem pariter suo modo dicendum de causis liberis in ordine ad suos effectus liberos praeterim ordinis naturalis. Conclusio est contra primam sententiam, in quam conspirant omnes auctores secundae, & est Scotistica omnibus citatis n. 73. & probatur primò ex ipso in 4. diff. 6. q. 9. in corpore q. 9. diff. 13. q. 1. art. 3. quia causa secunda naturalis sufficienter est in actu primo; & habet virtutem agendi effectum proportionatam in esse quieto; per hoc enim differt à causa instrumentali (inquit Doctor) ergo talis influxus in causam, & ad actum primum spectans est superfluus; probatur assumptum, quia ignis per entitatem suam, & qualitates omnes sibi connaturales, seculà quacunque alia ab extrinseco adveniente in ipso causationis instanti, est sufficienter principium in ordine suo comburendi lignum, & ad hoc, ut dicitur sufficienter constitutus in actu primo, aliud requirit non videtur, quam debita approximatio, impedimentis remotione, & concursus Dei paratus, & idem de omni agente naturali dicendum respectu effectus sibi proportionati. Accedit, quod quicquid ponitur causatum à Deo in causa secunda per talem influxum primum, ut operari possit, & ad actum primum pertinens, magis congruum est naturis rerum dicere fuisse sibi tributum in primava sui constitutione.

Respondent Thomistae, qualitates transeunt per influxum primum productum in causa non esse ad complementum virtutis activae, sed veluti conditionem aliquam necessarium requisitam, ut exeat in actum secundum. Contra quia ut ignis dicitur in potentia proxima ad comburendum aliud planè requirit non videtur, quam impedimentis remotione ligni approximatio, & concursus Dei paratus, nihilque aliud experiri intervenit, dum ignem ad comburendum disponimus. Tum quia causa necessariae sunt ex se determinatae ad suas actiones in specie, & causae liberae se determinant, cum earum indeterminatio sit activa, non passiva; & determinatio actionis, & effectus in individuo pendet vel ex determinatis circumstantiis loco, passio, tempore &c. vel potius ex limitatione divini influxus hinc & nunc immediate exhibiti ad talem effectum, ut constat ex dictis disp. 8. Ph. 9. 2. art. 3. ergo ex hoc capite influxus in causam non est necessarius, ut conditio cum determinans ad effectum. Tum tandem quia ad quicquid ponatur ista qualitas transiens necessaria in causa si spectat ad actum primum magis congruum est naturis rerum fuisse illis inditum à prima sui constitutione.

Respondent causas secundas esse quidem determinatas naturaliter ad unum per modum potentiae activae, sed non sunt determinatae per modum actualis influxus; sed per motionem Dei determinantur, & complentur in virtute operativa, ut actualiter operentur; ex quo dicuntur ignem formae Babylonis non combussisse tres pueros, quia Deus illum non applicat ad eos comburendos. Haec responsio pugnantia involvit; nam in prima parte ait causas secundas esse naturaliter determinatas ad unum per modum potentiae activae, quod est esse sufficienter constitutas in actu primo; ita quod nullo indigant spectante ad complementum suae virtutis activae; & in alia parte subdit per motionem Dei determinari, & compleri in virtute operativa; Deinde si non indigent motione Dei, ut determinentur per modum potentiae activae, sed tantum per modum actualis influxus; ergo haec motio non spectat ad actum primum, sed tantum ad actum secundum; Quod autem dicuntur ignem Babylonium tres pueros non combussisse, quia non estet à Deo sufficienter applicatus ad eos comburendos, est penitus falsum; erat enim eis sufficienter applicatus, & erant omnia impedimenta remota non est autem secuta combustio, quia Deus suspendit concursum suum ad illum effectum, universaliter enim, quando duae causae concurrunt ad communem effectum, quarum una est principalis, & altera minus principalis, si altera deficiat, nec praestet concursum suum, & maxime si est principalis, effectus non sequitur.

Respondent alii causam secundam habere suam virtutem agendi completam secundum quid, non simpliciter; completam verò simpliciter tunc solum habere, cum habet qualitatè istam transeuntem cum operatione, sicut & intellectus noster solum dicitur perfectè completus in actu primo, cum informatus est specie obiecti; unde dicitur quod omnes causae secundae, quatenus dant esse rei, sunt instrumentum Dei, ita Alvarez lib. 3. de auxiliis disp. 18. argum. 4. et in responsione ad 1.

ad 1. & 2. & sequitur Ripa p. 1. q. 19. art. 8. dub. 1. c. 11. Caetera 3. p. 9. 18. art. 1. dub. 1. Sed contra, quia quodcumque agens creatum habet formam, in qua assimilatur sibi passum, habet virtutem sufficientem ad agendum in suo genere sine tali qualitate. Sed agens tale creatum v. g. ignis ponitur habere formam, in qua assimilatur sibi ignem productum, & res quae ei conaturalibus, & eadem pariter suo modo dicendum de causis liberis in ordine ad suos effectus liberos praeterim ordinis naturalis. Conclusio est contra primam sententiam, in quam conspirant omnes auctores secundae, & est Scotistica omnibus citatis n. 73. & probatur primò ex ipso in 4. diff. 6. q. 9. in corpore q. 9. diff. 13. q. 1. art. 3. quia causa secunda naturalis sufficienter est in actu primo; & habet virtutem agendi effectum proportionatam in esse quieto; per hoc enim differt à causa instrumentali (inquit Doctor) ergo talis influxus in causam, & ad actum primum spectans est superfluus; probatur assumptum, quia ignis per entitatem suam, & qualitates omnes sibi connaturales, seculà quacunque alia ab extrinseco adveniente in ipso causationis instanti, est sufficienter principium in ordine suo comburendi lignum, & ad hoc, ut dicitur sufficienter constitutus in actu primo, aliud requirit non videtur, quam debita approximatio, impedimentis remotione, & concursus Dei paratus, & idem de omni agente naturali dicendum respectu effectus sibi proportionati. Accedit, quod quicquid ponitur causatum à Deo in causa secunda per talem influxum primum, ut operari possit, & ad actum primum pertinens, magis congruum est naturis rerum dicere fuisse sibi tributum in primava sui constitutione.

Respondent Thomistae, qualitates transeunt per influxum primum productum in causa non esse ad complementum virtutis activae, sed veluti conditionem aliquam necessarium requisitam, ut exeat in actum secundum. Contra quia ut ignis dicitur in potentia proxima ad comburendum aliud planè requirit non videtur, quam impedimentis remotione ligni approximatio, & concursus Dei paratus, nihilque aliud experiri intervenit, dum ignem ad comburendum disponimus. Tum quia causa necessariae sunt ex se determinatae ad suas actiones in specie, & causae liberae se determinant, cum earum indeterminatio sit activa, non passiva; & determinatio actionis, & effectus in individuo pendet vel ex determinatis circumstantiis loco, passio, tempore &c. vel potius ex limitatione divini influxus hinc & nunc immediate exhibiti ad talem effectum, ut constat ex dictis disp. 8. Ph. 9. 2. art. 3. ergo ex hoc capite influxus in causam non est necessarius, ut conditio cum determinans ad effectum. Tum tandem quia ad quicquid ponatur ista qualitas transiens necessaria in causa si spectat ad actum primum magis congruum est naturis rerum fuisse illis inditum à prima sui constitutione.

Respondent causas secundas esse quidem determinatas naturaliter ad unum per modum potentiae activae, sed non sunt determinatae per modum actualis influxus; sed per motionem Dei determinantur, & complentur in virtute operativa, ut actualiter operentur; ex quo dicuntur ignem formae Babylonis non combussisse tres pueros, quia Deus illum non applicat ad eos comburendos. Haec responsio pugnantia involvit; nam in prima parte ait causas secundas esse naturaliter determinatas ad unum per modum potentiae activae, quod est esse sufficienter constitutas in actu primo; ita quod nullo indigant spectante ad complementum suae virtutis activae; & in alia parte subdit per motionem Dei determinari, & compleri in virtute operativa; Deinde si non indigent motione Dei, ut determinentur per modum potentiae activae, sed tantum per modum actualis influxus; ergo haec motio non spectat ad actum primum, sed tantum ad actum secundum; Quod autem dicuntur ignem Babylonium tres pueros non combussisse, quia non estet à Deo sufficienter applicatus ad eos comburendos, est penitus falsum; erat enim eis sufficienter applicatus, & erant omnia impedimenta remota non est autem secuta combustio, quia Deus suspendit concursum suum ad illum effectum, universaliter enim, quando duae causae concurrunt ad communem effectum, quarum una est principalis, & altera minus principalis, si altera deficiat, nec praestet concursum suum, & maxime si est principalis, effectus non sequitur.

non in quo; ut docet Doctor 2. diff. 17. in P. & secunda dicitur applicari ad agendum expositione omnium praerequisitorum, & remotione omnium impedimentorum; causae verò liberae non dicuntur à Deo applicari ad operandum per aliquem primum impulsum loquendo praeterim de actibus naturalibus; sed semel ipsas applicari ad operandum supposito concursu Dei parato, & aliis ad agendum praerequisitis, ut quod obiectum sit sufficienter propositum, &c. nec possunt dici moveri, & excitari, nisi per propositionem obiecti tali, vel tali modo, nam obiectum sic propositum excitat, & movet illas; Tum quia vel sermo est de applicatione causae secundae ad operandum spectante ad actum primum, & quidem nulla talis potest assignari in causis liberis, quandoquidem sunt semper indifferentes, ac indeterminatae usque ad ipsum instantis operationis; naturales verò censentur sufficienter applicatae in actu primo, quando fuerint impedita remota, & posita omnia ad agendum praerequisita, abique aliqua qualitate à Deo praesens per modum impulsus, si verò sermo sit de applicatione spectante ad actum secundum, planè talis applicatio fit per actionem ipsam, aequè ita influxus hic non erit praevius, & spectans ad actum primum causam constituens proximè potentem agere, sed erit concomitans spectans ad actum secundum, & causam constituens actu agentem, quae est sententia nostra. Sed neque etiam necessaria est talis praevia motio ratione essentialis subordinationis causae secundae ad primam, ut dicitur in responsione: siquidem ad hoc, ut plenius subordineetur causae primae sufficit, quod non possit agere, nisi dependenter à concursu causae primae, & quod in quantum causae dependeat à prima modo infra explicando n. 89. quia si causa secunda inferioriorem virtutem agendi per se dependenter à superiori habet, & sine ea agere non potest, hoc planè satis est ad ordinem essentialem causalem, sicut Scotus adnotavit 1. diff. 2. q. 2. 8. nam hoc satis est, ut in virtutem altioris, & cum dependentia ad aliud exeat in actum, frustra ergo fingitur talis praevia motio ad salvandam essentialem subordinationem causae secundae ad primam. Denique ut causa secunda dicatur cum omni proprietate operari, ut mota à prima, sufficit ut terminus divinae motionis sit ipsamet actio causae secundae, quae ab ea dimanare non potest sine influxu Dei; & cum haec actio sit in ipsa causa secunda, & per ipsam fiat formaliter de non agente agens, optimè dicitur operari, ut mota à prima ad agendum: sed talis motio erit solum concomitans, non antecedens, & spectabit ad actum secundum dumtaxat, non ad actum primum, ut magis explicabitur Conclusione tertia.

Secundo principaliter probatur conclusio, & tota praecedens doctrina confirmatur, quia explicari non potest ad quid terminetur illa praevia motio; non enim in primis poni potest motus localis, tum quia multa agentia in fine motu locali, tum quia haec quaestio moveretur postis omnibus necessario praerequisitis ex parte causae secundae, & sublati omnibus impedimentis: tum tandem quia in hoc sensu nemo negabit Deum aliquando movere, & praemovere causas secundas, antequam operentur. Neque potest poni aliqua qualitas transiens, vel permanentis, quia nullam talem experimur, cum agentia naturalia operantur. Nec dici potest terminum istius praedeterminationis esse applicationem causae creatae, quia haec nec erit applicatio localis ex dictis, nec intentionalis, ut propositio obiecti facta voluntati per intellectum haec enim in inanimitatis locum habere non potest: & applicatio causae ad effectum fit per actionem ipsam, aequè ita influxus hic non erit praevius, & spectans ad actum primum causam constituens proximè potentem agere, sed erit concomitans spectans ad actum secundum, & causam constituens actu agentem, ut supra deducebamus. Nec dici potest terminum praemotionis esse excitationem virtutis activae, quae est in causa secunda, nam ad excitandum virtutem ignis nil aliud certè necessarium est, quam impedimentis ablatio, & debita stoppa approximatio. Restat igitur, ut terminus divinae motionis sit ipsamet actio causae secundae, quae ab ea dimanare non potest sine influxu Dei, atque ita erit motio concomitans, & spectans tantum ad actum secundum, non autem antecedens, & spectans ad actum primum, ut asserunt Thomistae.

Specialiter probatur de causis liberis.

Tertio ulterius, & adhuc evidenter probatur specialiter 89 in causis liberis huiusmodi praedeterminationem physicam locum habere non posse sine libertatis praedictio, argumentum ex Scoto desumpto 9. Methap. q. 15. in fine corporis questionis; si voluntas praevia motione, & determinatione indigeret, quae prius determinaretur, quam ageret, sequitur nullum

lum ejus effectum evenire contingenter ab ipsa, quod est sal-
 tum; consequentia probatur, quia a causa determinata pro eo
 instanti, in quo est determinata nihil evenit contingenter, si-
 cut idem Scotus docet a. dist. 2. q. 1. S. & ratio est, quia usus
 liber idem est, quod usus potentie indifferentis, ergo determi-
 natione precedens actualem voluntatis operationem de-
 struit usum libertatis, quia tunc usus ejus non est in potentia
 indifferenti, sed determinata. Confiti, quia voluntas nostra
 respectu illius prædeterminationis mere passivè habet,
 cum antecedenter, & totaliter imprimatur à Deo, ergo non
 potest voluntas suam exercere libertatem, antequam illa de-
 terminationem recipiat, quia sine ea non est in proxima po-
 testate exeundi in actum secundum; sed neque etiam potest
 exercere, postquam, recepit, & determinata est; quia tunc
 non potest non operari, cum dicant Adversarii eam præde-
 terminationem esse necessariò conaxtam cum operatione
 voluntatis futura in posteriori signo; ergo absolute loquendo
 non poterit tale exercitium liberum habere, cum semper im-
 pediat habeat alteram partem illius potentatis, quæ ad in-
 differentiam, & liberum operandi modum necessaria est. De-
 mum probari potest argumento doctoris 2. dist. 25. q. 1. ubi
 lit. A. quod usi sumus in 1. sent. dist. 3. q. 3. art. 7. ad proban-
 dum prædeterminationem extrinsecas æternas nostrum libertatis
 usum omnino antecedentes, quales ponuntur à Thomistis,
 non bene cum eo componi: quodcumque enim (ait Do-
 ctor) ad aliquod antecedens sequitur necessariò aliquod con-
 sequens, in cuius potentate non est, illud antecedens, neque
 etiam erit consequens, quod ex eo dependet, ergo si in po-
 tentate voluntatis nostræ non est illa physica prædeterminatio,
 quæ est principium operationis, nec consequenter in libera
 ejus potentate erit ipsa operatio, quod argumentum vide lac.
 cit. latè deducit.

82 Responderet aliqui esse in potentate voluntatis nostræ habe-
 re hanc prædeterminationem; sed hoc plane pugnat cum eo,
 quod docet opposita sententia Deum scilicet dare antecedentem
 hanc prædeterminationem, & omnino independentem ab
 usu, vel consensu libero nostræ voluntatis: quoniam si ita
 esset, usus ille, vel consensus noster, à quo dependenter da-
 tur prædeterminatio, haberetur sine ulla prædetermina-
 tione antecedente, vel daretur processus in infinitum: Respon-
 dent alii per hujusmodi determinationem non tolli liberta-
 tem voluntatis, quia ipsa manet indifferens ad hanc, vel illam
 prædeterminationem. Sed neque hoc satisfaciunt, quia talis in-
 differentia est solum passiva, quatenus voluntas solum passi-
 vè se habet ad hanc vel illam determinationem recipiendam,
 quomodo materia prima est indifferens ad varias formas re-
 cipiendas; ac libertas consistit in indifferentia, ac indetermi-
 natione activa, non passiva. Respondent alii posse esse in li-
 bertate, & potentate nostra consequens, etiam si non sit in po-
 tentate nostra antecedens, unde sequitur; quod hoc exemplo
 ostendunt; volare non est in potentate hominis, in cuius ta-
 men potentate est moveri, volare autem est antecedens, &
 moveri consequens, nam bene sequitur, volat; ergo movetur.
 Sed hoc exemplum est penitus abs re, nam in argumento sit
 sermo de antecedente physico effectivo, quod est principium
 operationis, quale antecedens esset in materia illius instantia
 potentia volandi, quæ necessariò est principium motus; in-
 stantia verò loquitur de antecedente logico, seu termino in-
 ferente alium magis universalem; in hujusmodi autem ante-
 cedente, & consequente certum est non tenere axioma: illud
 nostri argumenti, non enim valet arguere, homini non con-
 veniunt potentia volandi, ergo neque potentia motiva, est
 enim perinde, ac si argueretur, homo non est affinis, ergo
 non est animal.

Alii tandem ad divinum, & compositum sensum confu-
 giunt, & inquirunt voluntatem à Deo prædeterminatam uti-
 que in sensu composito non posse non operari, posse tamen
 in sensu diviso; nimirum præciscendo à tali determinatio-
 ne, quod dicunt sufficere ad usum libertatis. Sed neque id sa-
 tisfacit, quia usus liber creatur voluntatis consistit in hoc, quod
 postis omnibus ad agendum necessariò prærequisitis ordine
 causalibus ipsa sit adhuc libera, & expedita ad operandum,
 & non operandum, tanquam postis omnibus his non sit im-
 possibile ipsam operari, aut operationem suspendere; per hoc
 enim præcisè causa libera fecerunt à naturalibus, quæ ita de-
 terminant ad agendum ex positione omnium prærequisito-
 rum ad actionem, ut illis postis non possit non agere; cum
 igitur secundum Thomistas hæc physica prædeterminatio sit
 unum principium ex prærequisitis ad agendum, quia volun-
 tas creata sine tali prædeterminatione operari non potest pla-
 ne ad servandum ejus libertatis usum operis est dicere, quod
 voluntas etiam in sensu composito, id est prout subest

prædeterminationi possit non agere, id est intrinseca vi, in
 quo consistit libertas voluntatis cum pleno dominio sui a-
 ctus. Tum quia fallum est etiam, quod in sensu diviso, id est
 prout prædeterminationi non subest, voluntas sit libera ad
 operandum, & non operandum; quia non est secundum
 Adversarios in potentate voluntatis operari sine prædetermi-
 natione, cum hæc ponatur ab eis unum de necessariò prære-
 quisitis ad agendum; ergo fallum est, quod fallum in sensu
 diviso possit non operari, tunc enim potius dicendum est non
 posse operari, sed quia hoc argumentum, ut dixi, latè petra-
 ctatum est lac. cit. in 1. sent. dist. 3. q. 3. art. 7. ulterius non illud
 prosequor, sed illac lectorem remitto.

83 Adde solum neque Fuentes hæc euitare incommoda di-
 cendo causam primam prædeterminare secundam non phy-
 sicè, sed moraliter, per solum sympathiam causæ secundæ ad
 primam; quandoquidem sympathia illa in causis liberis vi-
 detur libertati earum magis noxia quam ipsam prædetermi-
 nationem physicam; videtur enim importare in rebus, quibus est
 indita, vim quamdam arcanam, quæ necessariò trahuntur, &
 subducuntur rebus, ad quas talem sympathiam habere dicuntur;
 & in proposito aliter explicari non potest huiusmodi
 sympathia causæ secundæ ad primam, nisi per hoc, quod vo-
 lente Deo ut causæ secundæ operetur, statim necessaria con-
 secutione causæ secundæ agit, non quia aliquid in se recipiat
 ex vi illius voluntatis, sed quia statim illi obediendo, sicut
 potentia motiva obedit appetitui; unde quia ratione diceba-
 mus lac. cit. in 1. sent. dist. 3. q. 3. art. 7. prædeterminationem
 extrinsecam æternam, seu decretum Dei antecedens circa
 actiones nostras liberas in tempore futuras tollere libertatis
 usum, etiam si nihil intrinsece ponat in voluntate creata;
 quia stante illo decreto nostrum libertatis usum omnino an-
 tecedente necessaria consecutione voluntatis nostræ operare-
 tur in tempore: ita eadem ratione dici potest in proposito
 hanc sympathiam causæ secundæ libere ad primam esse libe-
 rati obnoxiam, etiam si ex vi illius nullam qualitatem præ-
 viam in se recipiat onerata voluntas. Neque ulterius circa
 hanc dicendi modum opus est immorari, quia ut Suarez
 ait dist. 22. cit. sec. 2. n. 30. ad præsentem questionem per-
 tinet, hic enim agitur solum de concursu externo, & trans-
 eunte; illa autem excitatio, vel applicatio causæ secundæ ad o-
 perationem tali modo explicata, nempe ex vi talis sympa-
 thiz, solum fit per vellere internum. Tum quia ex vi talis sym-
 pathiz nihil in se recipit causæ secundæ per modum principii,
 vel conditionis necessitate ad agendum, de quo puncto nunc
 agitur: prima namque sententia dicebat concursum primæ cau-
 sæ non esse tantum influxum immediate effectum tangentem,
 sed esse præterea aliquid per modum principii in ipsa causæ
 secundæ receptum, & ordinatum ad actionem eius vel ut per
 se principium illius, vel saltem ut conditionem necessariam
 ad agendum iuxta varios dicendi modos ipsorum Thomista-
 rum; cum igitur ex vi illius sympathiz nulla talis fiat excita-
 tio, aut applicatio causæ secundæ à prima ad agendum, pa-
 rum in præsentem de hoc puncto curare debemus, de quo in-
 terim videri potest Suarez dist. 22. cit. sec. 4.

84 Quarto tandem probatur; quia in opposita sententia sa-
 tis difficultè explicari potest, quomodo Deus non sit per se
 causæ actus peccaminosæ, & auctor peccati: etenim Concil.
 Trid. sess. 6. can. 6. definit Deum non eodem modo operari
 bona, & mala, sed operari mala permissivè tantum; sed hoc
 salvati non potest, si Deus per physicam prædetermina-
 tionem voluntatem creatam preveniat, excitet, applicet, & im-
 pellat, ut quidam ex Adversariis loquuntur, ad omnes actio-
 nes, etiam intrinsece malas v.g. invadit, blasphemias, odii Dei
 &c. quia in omnibus creata voluntas indiget concursu Dei,
 ergo &c. probatur minor, quia si per physicam prædetermi-
 nationem nostram voluntatem præmoveret, & excitat ad
 actus intrinsece malos, iam dicitur illos per se, propriè, & ex
 intentione efficiat velles, & non tantum permittere, ut lo-
 quitur Concilium. Respondet Deum permissivè tantum
 operari mala opera, quia solum voluntatem prædeterminat
 ad materiale peccati, & ad actionem positivam malitiz sub-
 stratam, non autem ad rationem formalem malitiz, quæ est
 pura privatio debite rectitudinis in actu: imò potius eam
 prohibet, & punit, idemque nullo modo intendi; è contra
 verò opera bona intendit, præcipit, & præmiat, ac proinde
 hæc propriè, & per se operari dicitur, non autem illa.

Sed hoc latè reicimus in 1. sent. dist. 4. q. 3. ubi hoc argu-
 mentum contra prædeterminationes extrinsecas æternas ut-
 gebamus: & nunc denudò contra prædeterminationes intrin-
 secas temporales illis correspondentes urgemus: nam hære-
 ticè quoque nostri temporis aperte fatentur, & profitentur
 Deum non velle malitiam pro formali, & deformitatem in
 actu

adit repertam, sed velle solum ipsa opera positiva, quibus
 malitia est annexa, ita Calvinus lib. 1. Institut. cap. 18. §. 6. ait,
 Deum nolle perfidiam, sed opus, in quo est perfidia, idque
 ob bonum finem scilicet in quantum originali culpæ, & ad ju-
 stitiz suæ ostensionem, & nihilominus, quia hæc ipsa opera
 mala directè intendit, & ab æterno prevenit, faciunt Deum
 peccati auctorem, non quod propriè, & per se illa operetur:
 ergo si dicamus Deum ab æterno præfinitè decreto omnino
 antecedenti actus ipsos peccaminosos in tempore futuros, &
 ad eosdem in tempore voluntatem creatam concursu præ-
 viorè, & per quandam impulsivam præmovere, & excitare: hoc
 est facere Deum peccati auctorem, & asserere, quod eos pro-
 priè, & per se operetur, cuius contrarium definit Concilium:
 consequentia patet, quia nihil magis videtur à Deo
 propriè, & per se velint, & intentionem, quam illud opus,
 quod præfinitè ab æterno, & decrevit futurum à voluntate
 creata, quam etiam in tempore prevenit, excitat, & intrinse-
 cè prædeterminat, ut illud usque exequatur.

85 Dicens Deum non solum prohibere peccata quoad mali-
 tiam in illis repertam, sed etiam tales actus, in quibus repe-
 rta est malitia: neque enim solum prohibet malitiam facti, sed
 etiam actum ipsium, qui est tollere rem alienam invito do-
 mino: ergo propriè, & per se hæc opera mala non sunt ab
 ipso volita. Contra hoc utique verum est, sed hoc directè
 inferitur nec Deum ab æterno præfinitè decreto omnino an-
 tecedenti opera mala, nec ad ea in tempore physice præde-
 terminare, & præmovere creatam voluntatem, ut lac. cit. o-
 stendimus: vel certè sequitur contradictio, quod Deus vellet
 fieri aliquid æternè, & non fieri si fieri quidem, quia illum
 præfinitè ab æterno ex intentione, & sine ullo respectu ad
 nostrum consensum, & in tempore voluntatem creatam præ-
 moveret, & impellit ad illum exercendum: non fieri autem,
 quia illum prohibet, & punit. Deinde restituit illa responsio,
 quia malitia formalis, licet penetraret absolute separabilis
 ab entitate positiva actus, ut cum actus peccaminosus exer-
 cetur ab amente, & sine pleno libertatis usu, est tamen om-
 nino inseparabilis respectu voluntatis libere, prout hic, &
 nunc in his circumstantiis actus exercetur: ex quo sic argui-
 tur, qui prædeterminat ad aliquod antecedens, cui necessariò
 annexum est consequens, etiam physice, & realiter, vel sal-
 tem moraliter, & imputativè determinat ad illud consequens
 ergo si Deus physice prædeterminat ad entitatem actus, cui
 necessaria hic, & nunc, ac in his circumstantiis conjuncta est
 malitia formalis, physice quoque vel saltem moraliter præ-
 determinat ad malitiam formalem, ita ut illi imputari possit,
 sicut homini nec refert, quod Deus nullo malitiam pro forma-
 li, quia nec homo vult malitiam pro formali, nam ut ait
 Ansel. nemo aspicitur ad malum operatur, sed tantum entita-
 tem actus, imò plerumque dolet illi entitati annexam esse
 malitiam. Tum quia si Deus moraliter solum nobiscum con-
 curret ad actum peccati, v.g. hortando, vel illum præci-
 piendo, plane hoc sufficeret, ut illi imputaretur peccatum,
 tanquam auctori, sicut hæc ratione dicitur à Concilio pro-
 priè, & per se, id est ex intentione operari bona: sed magis est
 physice, & realiter voluntatem excitare, & præmovere ad
 actum malum, quam hortando tantum, & consulendo: ergo
 physicas prædeterminationes admittendo vix, ac ne vix quid-
 dem excusari potest, quin Deus sit auctor peccati: Imò per
 hoc potius posset homo excusari à peccato: nam si diceret illi
 Deus quia peccati commissi sunt, vel adulterium posset illi
 respondere, quia tu ab æterno præfinitè, & prædetermina-
 sti hoc actus, & in tempore ad eos exercendos me per con-
 cursum præviam excitasti, & præmovisti, quibus prædetermi-
 nationibus efficacissimis æternis, & temporalibus resisti-
 tum non erat in mea manu: quia hoc etiam argumentum
 latè petratum est in 1. sent. dist. 4. q. 3. non amplius im-
 motor.

ARTICULUS SECUNDUS.

Exploditur sententia Neutralium, & nostra statuitur.

86 Deo secundum non sufficere influxum Dei in effectum tan-
 tum, ut salveret essentialis subordinatio causæ secundæ ad
 primam. Hec est contra secundam sententiam, & est Scoti
 ubique docet causam secundam moveri à primam non
 agere nisi motam in 1. dist. 2. q. 2. ostenso, de proprietatibus,
 ubi ait, qualibet causa secunda causa, in quantum movetur à
 prima, quia non causat secundam causam, nisi in virtute primæ,
 in quantum movetur ab ipsa ex quo inferri, quod si prima
 causa ex necessitate moveret, necessariò moveret etiam

secundam, quæ consequenter necessariò ageret, & sic tolle-
 retur omnis contingentia à rebus; idem habet 1. dist. 59. ar-
 gues contra tertiam opinionem, & dist. 8. q. 5. & 2. dist. 3. q.
 8. sub F. ubi inquit intellectus non moveri ab obiecto, ut
 calum 2. a prima, quia non movetur anima in quantum ad
 illa sed in quantum receptiva effectus, & licet sit mota, non i-
 amen est moventi mota, quia non movetur ad movere aliove, sed
 ad recipere, per hoc in quantum causam 2. moveri à prima, in-
 quantum agens, quatenus prima quoc; concutit ad actionem
 à secunda dimanantem, per quam de non agente, fit agens,
 & hoc totum deducit ex eo, quod supra dixerat lit. E. quod
 movens motum potest intelligi duobus modis; uno modo,
 quod recipiat à movente non moto formam aliquam, qua
 moveat, sicut actum primum secundum modo quod recipiat
 formam alteriorem, sicut actum secundum, quæ agit, ut ma-
 nus movet baculum, & Baculus motus movet pillam per il-
 lam motionem receptam in seipso: ergo de mente Doctoris
 causa prima agit in secundam, & non præcisè in effectum,
 & eandem habet doctrinam a. dist. 4. q. 4. lit. D.

Probat autem, iste enim propositiones ab omnibus com-
 munitè concessæ, causa secunda applicat ad operandum
 à prima, causa secunda determinatur à prima: non agit nisi
 mota à prima: subordinatur primæ: excitatur à prima, & alie
 consimiles, quæ sunt fundamentum omnium essentialis causæ
 secundæ ad primam, vere esse nequeunt, nisi causa secunda
 aliquid recipiat à prima, per quod videt dicatur moveri, de-
 terminari, & applicari ad agendum, & verè aliter se habere
 nunc, quam prius: at per influxum Dei tantum in effectum
 nihil verè recipitur in causa secunda (nisi per accidens, &
 actio nimirum sit immanens) per quod ipsa aliter se habere
 dicatur nunc, quam prius: ergo per solum influxum Dei in
 effectum causa secunda non verè movetur, & consequen-
 ter propositiones illæ rigorem suum non obtinent. Accedit au-
 thoritas Aug. 5. de Civit. Dei c. 9. nam cum ibi docet cau-
 sam rerum, quæ facit, nec fit id est, quæ movet, & non move-
 tur, Deum esse alias verè causas, & tacere, & fieri id est mo-
 vere, & moveri, clarè dedit intelligere causas omnes consequens
 moveri à prima causa; clarissimè idem expressit & Genes. ad
 lit. c. 29. cum ait, spiritus creatus movet seipsum per tempus,
 & per tempus, & per locum corpus: spiritus autem creator
 movet seipsum sine tempore, ac loco; movet conditum spu-
 ritum per tempus sine loco; movet corpus per tempus, &
 locum, & c. 33. Deus omnipotens immutabilis æternitate, ver-
 itate, voluntate temperidem, non per tempus, nec per lo-
 cum motus movet; per tempus creaturam spirititalem mo-
 vet, & per tempus, & locum rem corporalem, ut eò motu
 naturas, quas intrinsece subditivè, etiam extrinsece admi-
 nistrat: ex quibus constat Augustinum sentire causam pri-
 mam movere secundam, quam constituit, ut rectè eas ad-
 ministrare possit.

Hec denique fuit etiam Arist. sententia 3. Ph. 3. ubi enim
 explicans subordinatorem, & dependentiam, quoniam habent
 agentia proxima ad primum motorem immotum, inquit
 quod ista moveri non possunt nisi prius moventur ab illo;
 verba eius sunt, utaque igitur dicuntur moveri ab illo;
 & alium moventium, sed magis primam, illud enim mo-
 vet ultimum sed hæc primam, sine quo quod est ultimum non
 movebit, illud autem sit hæc, ut baculum non si non movetur
 ab homine; quibus verbis significat, quod sicut baculus non
 movet aquam, nisi prius ipse moveatur à manu, ita causa
 secunda non movebit, nisi moveatur à prima.

Respondet Suarez dist. 22. cit. scilicet 2. n. 48. & lib. 1. de au-
 xiliis c. 1. has, & similes auctoritates non esse intelligendas
 in rigore, sed per quandam metaphoram, & analogiam ex
 artificialibus instrumentis de sumptam; nam quia videmus
 hæc sensibilibus instrumentis, quæ à nobis in agendo pendent,
 & nobis subordinantur, non agere, nisi moveantur à nobis;
 idè ad explicandam subordinatorem, & essentialis dependen-
 tiam in agendo causarum secundarum à primis, dicuntur
 causæ secundæ non agere, nisi motæ à primis; proprius autem
 sensus est, illas non agere, nisi adiutæ à prima, vel quod idem
 est ut cooperatæ primæ, ad præterea necessariò esse ut cau-
 sâ secundâ habeat esse datum, & conservatum à prima; hæc
 continuus influxus ipsius esse, vel virtutis activæ potest dici
 quæ sit continua que iam motio ipsius causæ secundæ à prima
 Hæc tamen responsio vel ex eo ipso falsa deprehenditur,
 quod deserit sensum proprium illarum locutionum, & con-
 fugit ad metaphoricum, & quidem fit sensus illius propositionis
 causa secunda movet mota à prima, quæ est fundamentum
 subordinatorem essentialis illius ad istam, effectus ille prior à
 Suarez datus: causæ secundæ agunt motæ, hæc est, adiutæ à
 prima, vel quod idem est, cooperatæ primæ jam duobus

trahentibus navim, ideòque simul cooperantibus, verum est...

Respondet Morianus q. 11. tit. art. 6. quod dicitur causa prima...

Respondet Scotus pro secunda sententia adducti, bene explicari influxum Dei...

Verum neque hac explicatio nostram sufficienter salvat subordinationem essentialium...

causalitas alterius, & veritas rationis, quia superior est perfectior...

Neque Doctor oppositum intendit, quando dicit loc. cit. concursum prima causae...

Respondet denique Fuentes loc. cit. num. 26. posse dici cum omni proprietate...

minatam, inò & praedeterminatam à prima absque eo quod aliquid physicum recipiat...

Denique probatur principaliter conclusio, quia causa secunda praeter dependentiam in essendo...

Sed Contra, quia neque per hanc necessariam existentiam quam habet causa secunda...

pravi is, & antecedent ad actum primum spectans, sed concomitans...

Tertia assertio nostram continens sententiam.

Dico tertio, influxum Dei non esse tantum in effectum, sed etiam in ipsam causam secundam...

Primo probatur conclusio ex ratione ipsius actionis, am si causa secunda concurrat ad effectum...

Secundo probatur ex generali ratione causarum secundarum; quia omnis causa secunda...

novam relationem actionis, qua in actu secundo dicitur determinari ad agendum: sed ad istam motionem, & determinationem concurrat Deus, quia nullus est motus, & nulla determinatio sine Deo; ergo causa secunda moveri, ac determinari non poterunt, nisi Deus moveat, ac determinet illas. Conf. quia causa secunda essentialiter subordinatur primae non tantum in essendo, sed etiam in agendo: ergo ad agendum debet moveri, & determinari a prima, probatur consequentia, quia sicut si sua essentia esset imparticipata, & a Deo independens, tolleretur essentialis subordinatio in essendo: ita si sua actio, qua dicitur determinari in actu secundo esset imparticipata, ac a Deo independens, tolleretur essentialis subordinatio in agendo. Denique omne, quod quandoque est agens actu, quandoque est agens in potentia, indiget moveri ab aliquo movente, quod sit purus actus; causa omnis secunda quandoque est agens actu, quandoque est agens in potentia: ergo indiget moveri a prima causa, & consequenter indiget moveri a prima causa, quae est purus actus, nullus est enim motus, qui a prima causa non sit.

96 Tertio adhuc evidenter probatur ex ratione speciali causarum liberarum, cum ipse agens operationes immanentes de genere qualitates in seipsis recipiente, non solum ad aliud sed etiam ad se moveatur; unde si potest argui; omnis causa libera ex sua natura omnino indeterminata, & indifferens in actu primo, cum per suam operationem immanentem seipsam determinat in actu secundo, tunc moveri censetur, & aliter se habere nunc, quam prius, ergo qua ratione seipsam movet, ac determinat in actu secundo per actum suum immanentem, eadem ratione movebitur a Deo, ac determinabitur; antecedens patet, nam ea ratione fatentur omnes voluntatem seipsam movere, & se determinare, quatenus in seipsa producat actum voluntatis, qua & determinat in actu secundo, & physice mutatur, cum de non volente fit volens; consequentia etiam est clara, quia le movere, & se determinare non potest, nisi Deus causa prima illum moveret, ac determinaret; propter istam rationem Suarez 1. lib. de auxiliis c. 10. tandem concessit Deum movere, & determinare causas secundas liberas, licet non sine ipsis. Sed tamen propter rationes praecedentes id concedendum est in omnibus causis secundis, & in ipsis causis liberis, non tantum propter motum evidentem ad se, qui in ipsis manifeste movetur ad aliud, qui datur ad relationem, cum non tantum de non volentibus volentes fiant, sed etiam de non producentibus voluntatem producentes eam.

97 Quarto tandem ad maiorem intelligentiam sententiae nostrae in hac ultima conclusione propositae duo sunt addenda. Primum est, quod si motio ista Dei ad agendum, & determinatio ista, qua causas secundas in actu secundo determinat, comparatur ad actionem actualem causae secundae, comitatur eam, quia in eodem profertur instanti, quo actio resultat in causa secunda dependenter a Deo fit illa motio, quae de non agente fit agens. Secundum est, quod si comparatur ad actualem motionem, & determinationem causae secundae, qua seipsam movet, ac determinat in actu secundo, sic esse non praecedat eam aliqua prioritate in quo, praecedit tamen aliqua prioritate a quo, ut idem secundum hanc comparationem verè concedi possit Deum nedum movere, & determinare causas secundas, cum seipsa movent, ac determinant sed etiam praemovere, & praedeterminare ut ly praedicit prioritate a quo, non in quo; quo totum colligitur ex Scoto 2. dist. 37. l. v. ubi docet Deum non ea ratione prius natura attingere effectum commune, quasi in aliquo signo attingat, in quo non attingat causa secunda; sed ea ratione duntaxat, quod simul attingentes perfectiori modo attingit, quia a se, causa verò secunda a Deo; & sic etiam intelligendus est Doctor, cum 1. dist. 8. q. 5. ait Deum prius naturaliter causare, quam causa secunda, & dist. 36. in fine non prius esse effectum a causa prima, quam a secunda; sed simul ab utraque ibi enim per prius natura intelligit solum prioritatem a quo, & hic loquitur de similitudine in quo; Ex hoc verò, quod nedum Deus movet, ac determinat causas secundas in actu secundo, sed etiam prioritate a quo determinat eas, priusquam ipse seipsa movent, ac determinat; sequitur evidenter, quod secundum hanc comparationem nedum movere, & determinare dici possit causas secundas, sed etiam praemovere, ac praedeterminare. Neque multum curare debemus eos, qui ab ista loquendi modo abstant, eo quod particula praed videtur dicere efficaciam divine actionis antecedenter ad causam secundam concurrere, & sola sua efficacia determinantem illam; quia ubi de significato vocis constat, non multum curare debemus vocem ipsam, maxime cum a viris sapienti-

bus in ea significatione saepe sumatur, sic enim intelligit Arist. & Phys. cum ait primum movens prius movere, quam ultimum, & Auctor de causis, cum inquit primam causam plus, & prius influere, & causare, quam secundam, tamen alias competunt fieri causam primam, & secundam simul influere, & causare eundem effectum.

ARTICULUS TERTIUS.

Occurritur Thomistarum argumentis.

98 IN oppositum quamplura, & quidem satis feruè obiciunt Thomistae, quae si alius penetrantur, probant quidem aliquem Dei influxum in causam secundam, non tamen praeivum, & antecedentem, ut ipsi arbitrantur, sed tantum concomitantem, & spectantem ad actum secundum, ut nos, asserimus, ut iam iam patebit. Primum itaque arguit Complutenses d. 1. p. 1. c. 1. ex D. Thoma. Deus concurrat ad actionem causae secundae, non solum quatenus est ab ipso, sed etiam per suam concursum est causa eisdem actionis, prout est ab illa causa secunda; causa verò secunda non est causa illius actionis, quatenus est a Deo; ergo Deus per suam concursum facit actu, quod causa secunda agit; & ex consequenti non solum concurrat per concursum simultaneum, sed etiam per aliquid praeivum, & intrinsecum, per quod physice moveat illam ad operandum; antecedens patet, quia illa actio, prout causa secunda est aliquid creatum; ergo ut esse est a Deo, prima etiam consequentia, & antecedenti constat; ultimam verò probant, quia si Deus facit, ut causa secunda habeat illam actionem, datque illi, ut agat, oportet, ut ponat in ea aliquid, quod faciat, ut faciat, & quo fit actu causa illius actionis, prout ab illa, quod sit physicum & inherens ipsi, praeivumque ad actionem; quia si solum daret ipsi, ut ageret, quatenus dat ipsi esse, & potentias operativas, solum remote concurreret ad illam actionem prout est a creatura, quod est incidere saltem quoad habet formalitatem in sententiam Durandi. Confir. quia ratio entis creati transcendit omnes rationes, quae in creaturis sunt; ergo non solum actio creaturae debet esse a Deo quocumque, sed etiam ipsa causa secunda habeat ab illo tum effectum, tum virtutem operativam, tum etiam principium actualem operandi; antecedens patet, consequentia probatur; quia non solum ipsa actio, & esse praedicte causae secundae, nec non & virtutes operandi in ea permanentes sunt aliquid reale creatum, sed etiam esse actualem principium operandi, seu esse principium actualiter applicatum, & determinatum ad agendum est aliquid reale.

99 Respondet Poncius, quicquid sit de antecedenti circa quod multa dici possent, distinguendo ultimum consequens per aliquid praeivum distinctum ab ipsa causa secunda, & suis accidentibus connaturalibus, & applicatione, ac remotione impedimento, negat consequentiam; per aliquid praeivum, quod sit ipsa virtus agendi connaturalis causae secundae, & applicatio illa, & ablatio impedimento, transeat consequentia; ad probationem ultimi consequentis similiter distinguit antecedens, aliquid intrinsecum, quod sit virtus agendi connaturalis, concedit quid sit quid ab ea distinctum, negat antecedens; & ad probationem illius dicit non esse inconveniens, quod Deus non sit ratio alio modo agendi causae secundae, quam quatenus dat ipsi seipsam, & suas virtutes, ac applicationem, & quatenus praeter ea immediate tum ipsa concurrat.

Hac tamen solutio, si bene perpendatur, vim argumenti non enervat, quae in eo consistit, quod Deus esse causam non tantum effectus a causa secunda procedenti, v. g. caloris, qui ab igne producit; sed etiam ipsius actionis, quia ignis producit calorem, nimirum calefactionis, quia hoc est quid distinctum ab ipso calore cum calor maneat, & calefactio transeat; ex hoc autem, quod Deus per suam concursum facit actu, quod causa secunda agit, inferunt Complut. in ultima consequentia, quod non solum concurrat per concursum simultaneum, quia per hunc non attingit, nisi effectum ipsius ignis, nempe calorem; non autem actionem ipsius ignis, scilicet calefactionem; sed debet habere alium concursum in causam, qua attingat eius actionem, & faciat ipsam agentem, quem concursum ipsi dicunt esse praeivum. Neque ad probationem ultimae consequentiae sufficienter occurrit Poncius negando, quod si Deus facit, ut creatura faciat, opus esse, quod ponat in ea aliquid intrinsecum de novo praeter virtutem agendi connaturalem; nec esse inconveniens, quod Deus non sit alio modo ratio agendi causae secundae, quam quatenus dat ipsi seipsam, & suas virtutes, & applicationem (per hanc intelligendo solum localem applicationem, ac im-

Argumenta Complutensium.

pedimento remotionem) & quatenus praeter ea immediate cum ipsa concurrat. Non inquam, sufficienter occurrit, quia conservando solum virtutem connaturalem agendi in causa, & eam applicando per remotionem impedimento, non facit Deus, quod creatura faciat, sed quod possit facere; neque dat illi actu agere, sed quod possit proxime agere, siquidem illa omnia ad solum actum primum pertinent; neque etiam per concursum simultaneum facit, quod creatura faciat, aut illi dat agere, quia per talem concursum, ut dixi, non attingit, nisi effectum causae secundae, nempe calorem ab igne productum, non autem ipsam ignis actionem, ergo cum verum sit Deum non tantum coadiuvare ignem ad producendum calorem, quod facit per concursum simultaneum, nec tantum facere, quod ignis possit agere, quod facit conservando in ipso virtutem calefactionis, & removendo impedimenta, & approximando passum; sed etiam facere, quod actu creatura faciat dando illi actualem actionem; opus est admittere concursum alium in causam, quo attingat actionem ipsam causae, distinctam a simultaneo, quo attingit effectum, & hunc alium concursum contendunt Complutenses esse debere praeivum, quod dicitur Deus facere, quod creatura faciat, & dare illi actualiter agere.

100 Resp. proinde hoc argumentum optime probare praeter concursum simultaneum, quo Deus cum causa secunda attingit communem effectum, esse ulterius concedendum alium concursum in causam, quo attingat actionem ipsam creaturae, & dicitur facere, quod creatura faciat; non tamen probare hunc alium concursum esse debere praeivum, & spectare ad actum primum, sed esse omnino concomitantem, & spectantem ad actum secundum, quia ex vi illius constituitur creatura actu agens, & dat illi actualiter agere; si autem esset praeivus; & spectaret ad actum primum, non daret Deus creaturae ex vi illius actualiter agere, sed posse proxime agere, nec ex vi illius faceret, quod creatura actu faciat, sed quod possit proxime facere; ex quo constat argumentum non nisi nostram probare sententiam; imo esse praecipuum eius fundamentum, ut constat ex probationibus secundae, & tertiae conclusionum. Ad Confir. conceditur totum, in probatione tamen consequentiae male distinguitur actio creaturae ab actuali principio operandi, & peius supponitur, quod actualem principium operandi sub tali actualitate debeat praecedere actionem ipsam; etenim actualem principium operandi aut est ipsa actio causae secundae, aut eius connaturalis virtus agendi, ut stat sub actione, & subest actu secundo; nam prout praedicte actionem dicitur ipsa virtus principium habituale operandi, & quatenus stat sub ipsa actione, dicitur principium actualem operandi.

At instant Complutenses, quod actio non pendet actu, & in exercitio a principio habitualiter operativo praesens sumpto, nam potest esse principium habituale operandi absque, quod sit actio; sed pendet ab illo, ut est actualem, & determinatum principium illius, seu ut est actualiter applicatum ad operandum, & aunc sic determinari per aliquam qualitatem praeivam in principio habituali de novo a Deo productam. Sed falsum omnino est inter virtutem connaturalem causae secundae, & eius actionem mediare debere huiusmodi qualitatem illi a Deo de novo communicatam, ratione cuius dicitur applicata ad actualiter operandum, nam ignis v. g. approximato passu, ac impedimentis sublati non per alium formaliter applicatur ad operandum, quam per ipsammet actionem, & sub tali actione existens dicitur actualem principium calefaciendi, non autem quatenus stat sub illa qualitate de novo a Deo producta, quae gratis omnino fingitur. Tum quia si actio immediate procedit ab illa qualitate de novo producta, ut a principio actuali operandi, sicut eam appellant Complut. quamvis Deus aliam qualitatem illi qualitati non communit; ita tamen bene procedere possit ab ipsamet virtute connaturali ignis concurrente Deo ad eius productionem, ergo neque ratione creaturae, nec ex eo quod sit a Deo, quatenus procedit a creatura, debet provenire ab aliqua qualitate distincta a virtute activa creaturae, per quam actualiter dicitur applicari ad operandum, ut bene urget Poncius loc. cit. Tum denique quia si illa qualitas de novo producta est principium actualem operandi, potius erit ipsamet actio, quam aliquid ab eadem distinctum, & antecedens ipsam omnes habet conditiones ad actionem requisitas, nam ea posita necessario determinatur causa agere, ut non possit non agere; & ea posita sequitur effectus, nec manet, nisi quamdiu effectus est in fieri; nihil autem aliud ad actionem desiderari videtur.

101 Secundo arguit Complut. si non promovetur, & praedeterminetur causa secunda ad operandum a prima, sequeretur quod esset primum se movens, & primum se determinans ad illam operationem, quod est falsum. Confir. quia ignem esse actualem principium operationis est aliquid realiter distinctum tum ab operatione, tum a principio habituali, & potentiali operandi, quod quandoque operatur, quandoque non operatur, vel ergo habet a Deo esse principium tale actualem, vel a se; si primum, ergo moveatur ab illo ad operandum; si secundum, ergo est principium primum actualem operandi. Respondet Poncius distinguendo maiorem, esset primum se movens, ac determinans, id est se movens absque eo, quod moveatur ab alio priori per qualiter illam physiceam, concedit maiorem; primum se movens, ac determinans, ita non dependeat a concursu alterius, ac applicatione, & ablatio impedimento per aliam causam faciendam, negat maiorem.

Sed neque haec responsio satisfacit argumento; nam etiam duobus navim trahentibus unus dependet a concursu alterius, ac applicatione, & ablatio impedimento per aliam causam faciendam, neque ob id unus dicitur alteri essentialiter subordinatus, & ab eo essentialiter dependens in agendo; ergo per hoc praesens, quod causa secunda indiget concursu Dei simultaneo ad communem effectum, non sufficienter inferitur subordinatio essentialis ipsius ad primam, ut late probatum est supra. Itaque concedendum est causam secundam moveri a prima ad agendum, & non agere, nisi quatenus ab ea motam, non tamen motione antecedenti eius operationem, & ad actum primum spectante, sed omnino concomitanti, & ad actum secundum pertinente: potest etiam concedi, quod praemoveatur, & praedeterminetur a prima ly praedicit solum prioritatem a quo, non autem in quo iuxta dicta 292. Ad confir. patet ex dictis n. 100. quod actualem principium operationis aut est actio ipsa causae secundae; aut eos virtus connaturalis, ut substat actioni; & gratis conceditur causam secundam habere etiam a Deo, quod fit tale principium actualem, & ab eo moveri ad operandum motione tantum concomitanti, non verò antecedenti.

102 Tertio arguit Complutensium, causa secunda nequit agere, quin Deus agat simultaneum cum illa: ergo debet praemoveri ab illo; probatur consequentia, quia quando due causae coagunt ad aliquid effectum, vel una alteram movere debet, vel utraque moveri debet ab aliquo tertio; alias casualiter sequeretur illa simultas concursuum, & Deus cetero modo, & ignorant influere, quae nesciret, quando causa secunda esset suum concursum adhibitura. Confir. Deus concurrat cum igne simultaneum oportet, ut prius ordine naturae intelligatur paratus concurrere cum illo; sed non potest intelligi sic paratus, nisi aliquid imprimat ipsi praeivum ad actionem, ergo & c. probatur minor, quia esse sic paratum est aliquid, quod non esset, si Deus decerneret non velle concurrere; ergo debet esse aliquid distinctum a Deo, & causa secunda; le non potest se tenere ex parte Dei; ergo ex parte creaturae; & consequenter debet esse quid superadditum creaturae, quia nihil aliud mutaret ipsam.

Respondet bene Poncius negando consequentiam cum probatione, cum enim Deus sciat naturam causae secundae, quod concurrat sufficienter applicatus, si tribuatur ipsi generalis concursus; & cognoscat etiam ipsam hanc, & nunc esse sufficienter applicatum, & praeter liberè praeter concursum suum nullo modo dici potest, quod casualiter, aut cetero modo concurreretur igne ad combustionem; nec apparet quid ad hoc iuver illa qualitas praeivam in causa secunda, quam Thomistae desiderant. At replicant Complut. naturam ignis esse comburentem, nisi impediat, posse autem illum impediri aut per causas secundas fortiores, aut per miraculum; ergo nisi Deus praemoveret, nesciret an hic, & nunc concurreret. Sed haec replica est omnino frivola, nam videns hic, & nunc ignem sufficienter applicatum, iam videt nullum adesse impedimentum ex parte causarum secundarum, alioquin non videret illam sufficienter applicatam, & cum remotione omnium impedimento applicatam, & cum remotione praesens concursum, iam videt ex parte sua nullum futurum miraculum; ergo nulla est necessitas praemovendi ignem ad combustionem per praeviam qualitatem impressam ad hoc, ut sapienter suum praesens concursum causis secundis. Accedit Deum distinctissime ab eterno scire scientia visibilis in decretis divinae voluntatis ubi, quando, quomodo, & in quibus circumstantiis sit praestiturus suum concursum causis omnibus.